



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

**Parisiis, 1644**

Epistola III. Honorii Papae III. Ad Archiepiscopvm Coloniensem Eivsqve  
Svffraganeos. Mandat ne aduocantias ecclesiarum suarum laicis conferri  
permittant.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15974**

auctores, si clausis oculis tot & tanta prædicti episcopi transeamus errata, cum adeo ad nos clamor super his ascenderit, vt dissimulationi amplius non sit locus, dignum duximus ex officii nostri debito descendere, vt hæc an ita sint, vel aliter, videamus. Quocirca fraternitati vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus inquisita super his & cognita solícite veritate, quæ inueneritis, vestris fideliter inclusis sigillis, ad nostram præsentiam remittatis, vt, auctore Deo, quod super hoc faciendum fuerit statuamus. Datum Viterbii, pontificatus nostri anno quarto.

EPISTOLA III.  
HONORII PAPÆ III.  
AD ARCHIEPISCOPVM COLONIENSEM  
EIVSQVE SVFFRAGANEOS.

Mandat ne aduocatas ecclesiarum suarum laicis  
conferri permittant.

*Honorius episcopus seruus seruorum Dei venerabilibus fratribus  
archiepiscopo Coloniensi ac suffraganeis eius salutem  
& apostolicam benedictionem.*

CVM plerique aduocati, ecclesiarum aduocationis obsequium conuertentes in dominationis abusum, ecclesias ipsas opprimant & affligant, fraternitati vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus ecclesias vestrarum dioceseon, humano amore ac mundano timore postpositis, ab aduocatorum vexationibus taliter defendere studeatis, quod per studium vestrum a suis possint angustiis respirare, nosque solícitudinem vestram commendare merito debeamus. Ad hæc si quas aduocatas vacare contigerit, expresse inhibeat ecclesiis ad quas spectant, ne illas conferre præsumant, sed suis curent vsibus applicare; illud districtius inhiabentes, ne vna ecclesia plures aduocatos assumat, cum ministerium aduocatorum huiusmodi, quod ad ecclesiarum tranquillitatem noscitur fuisse prouisum, ad vexationem ipsarum per eorum vsurpationes constat esse conuersum. Datum Laterani Idibus Martii, pontificatus nostri anno quinto.